

que Theothonice vara dicitur, et omni genere exactionis, petitionis et servicii, nisi per spontaneam voluntatem eorum fiat, liberi existant. Si vero tam ardua causa inter eos emerit, quam per se sopire non sufficient, tunc dominus eorum vocatus veniat et secundum consilium eorum ordinet et componat. Et quoniam temporis prolixitas plerumque de preteritis posteros dubios reddere solet et incertos, institutum hoc coram nobis factum, 5 ne deinceps quis in irritum ducere valeat, hanc kartam inde conscribi fecimus et sigilli nostri inpressione roboravimus adiunctis testibus, quorum nomina sunt hec. Dedo marchio. Albertus filius meus. Theodricus frater suus. Conradus prefectus de Dewin et prefectus de Donin. Henricus et Walterus Misnensis ecclesie canonicus. Anselmus. Sigemundus. Sifridus. Adelbertus capellanus meus. Theodricus plebanus de Duenheim et fideles 10 nostri Swidegerus de Imeniz. Iohannes de Chriguz. Theodricus de Miltiz. Magnus de Purmeiz et ministeriales nostri Rudolfus de Bathin. Wluericus. Fridericus de Marus. Arnoldus de Zwlwin et alii quam plures liberi ac ministeriales. Acta autem sunt hec in Misne anno ab incarnatione domini millesimo centesimo octogesimo sexto, regnante Friderico Romanorum imperatore glorioso, presidente Misnensis cathedre Martino episcopo, sub 15 Ottone marchione, feliciter amen.

(SD.)

## 524.

*Landgraf Ludwig III. errichtet mit dem Abte Hermann von Reinhardtsbrunn einen Tausch. — Zeuge: Pfalzgraf Hermann.*

Vacha, 1186. 20

*Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha. Q Q I. g. 32. S. = Taf. XI. 3. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Thur. sacra 96 (mit Siegelabbildung). Besserer Druck bei Wenck, Hess. Landesgesch. 2, Urkundenb. 504.*

:In nomine sancte et individue trinitatis Lvdwicus dei gratia: | tertius huius nominis Thvringie lantgravius presentibus et futuris fidelibus veram in vero salutari salutem. Sacratissime fidelium universitati | significamus, quod familiaris noster Heri- 25 mannus dei gratia abbas in Reinhersbrunn cum pari fratrum eiusdem ecclesie coniventia quadam assolita mansuetudine | nostram sollicitavit diligentiam de meliorandis et amplificandis ecclesie prenotate terminis, ut, quemadmodum nostris ac predecessorum nostrorum foret incrementata ac defensata patrociniis, ita quoque beneficiorum nostrorum attolli mereretur impendiis. Huic igitur salutari petitioni reverenter accedentes quedam bene- 30 ficia nostra a sancta Hersfeldensi ecclesia ex antiquo habita approbante et consentiente nobis domno Sifrido venerabili eiusdem ecclesie abbate a iure beneficali exemimus et in proprietatem prefati monasterii sollemni donatione redegimus hac vicissitudinis et cambii alteratione, prefixa, ut predia quedam, que eadem Reinhersbrunnensis ecclesia prius in possessione habuerat, ecclesie Hersfeldensi et nostre ditioni pro reconpensatione 35 prioris beneficii delegaret. Hos ergo beneficiorum nostrorum terminos ecclesie illi conferentes hoc [titu]lo conclusimus a monte Cymirberg et prato adiacente per locum, qui vulgo dicitur Santwerf, et a Santwerf per dorsum montis Deneberg et per Grizzinbvhil usque in campum Iwinhagin, de Iwinhagin in Walwinkilhart et a Walwinkilhart usque